

*124. Instrumentum venditionis
et donationis di Nicola notarii
Andre# in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*124. Instrumentum venditionis
et donationis di Nicola notarii
Andre# in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo*

1434-06-30

(c. 55r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
tertiodecimo primo, regnante serenissima domina
domina Ioanna <secunda> Dei gratia Ungarie,
Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie,
Galitie, Lodomerie, Comanie, Balsarieque regina,
Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa,
regnorum vero <eius> anno decimo septimo feliciter
amen, die ultimo mensis iunii, none indictionis, apud
civitatem Potentie.

1

2

Nos Gaspar de Aprutio annalis iudex civitatis Potentie,
Tomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per
provincias Principatus citra et ultra terras Montorii
<sic>, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius
et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati,
presenti scripto puplico testamur atque fatemur quod //
(c. 55v) in nostri presentia constitutus donnus Nicolaus
notarii Andre# de Potentia, clericus maioris ecclesie
Potentine, consentiens prius in predittos iudicem et
notarium, cum sciret ex certa eius scientia <nos> ipsos
suos iudicem et notarium in hac parte non esse, eorum
iurisdictionem voluntarie prorogando, non vi, dolo, metu
Il trascrittore cinquecentesco ha vergato millesimo
quatricentesimo tertio decimo primo; senza dubbio si tratta
di un errore che va corretto con millesimo quatricentesimo
tricesimo primo, giacché l'era regni fa riferimento al
diciassettesimo anno di regno di Giovanna <II> d'Angiò, che
coincise con il 1431 (calcolato per anno incipiente allungato),
anno cui spettò la IX indizione, indicata nel documento
Bulgarieque

duttus, ut dixit, nec aliquibus suasionibus circumventus, sed sua mera, gratuita et spontanea voluntate, quia sic sibi attum, congruum et utile visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit iure proprio et imperpetuum domino Angelo de Soder(o), clerico et preposito ecclesie Santi Gerardi de Potentia, ut dixit, ibidem presenti <et> ementi nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum ac successorum ipsius ecclesie recipienti, subscriptas terras in tenimento civitatis Potentie, in subscriptis contratibus sistentis: in contrata ubi dicitur li Carpinelli, silicet petium unum ab uno latere iuxta terras ecclesie Santi Gerardi, quod fuit quondam Ciccarelli de Lacupensuli, mediante <limite> a ditte parte; iuxta terras ecclesie Santi Zacharie mediante limite a superiori parte; iuxta terras ecclesie Santi Francisci et capituli mediante limite a superiori parte; iuxta terras ecclesie Santi Zacharie mediante limite ab alio latere; iuxta terras donni Comini de Bonopari mediante limite et ab alio latere iuxta terras beneficii Santi Angeli mediante limite; iuxta terras domini Cicci de Zullo mediante cursu Aque Morte ab inferiori // (c. 56 r) parte; iuxta terras ecclesie Santi Girardi que fuit <sic> quondam Ciccarelli de Lacupensuli mediante vallone et ab inferiori parte iuxta terras Colutii de Aprutio mediante ditto vallone. Item pecium unum aliud cuiusdam terre quod dicitur li Polliari seu li Pallaril(i), in contrata Madetallate, a superiori parte iuxta terras Dominice de Gayetano mediante <limite> ab uno latere; iuxta terras filiarum quondam Leonardi de Ayquino mediante vallone Santi Cinnelli ab alio latere; iuxta terras Colutii de Aprutio mediante limite ab alio latere; iuxta terras luminarie Santi Gerardi que fuit <sic> quondam Ciccarelli mediante limite ab alio latere; iuxta terras Colutii de

Aprutio mediante limite et vallone a duabus partibus. Item petium unum aliud in ditto tenimento in contrata ubi dicitur la Matina de la Massara, capacitatis in semen <sic> de frumento tumulorum viginti quantitatis; ab uno latere iuxta terras quondam Cuttulini, mediante limite, ab inferiori parte; iuxta fontem Dominarum a superiori parte; iuxta terras domini Cicci de Inganulo mediante limite etiam a superiori parte; iuxta terras heredum quondam [..]nalfi de Stampis mediante limite ab alia parte; iuxta vias puplicas qua itur ad castrum Petregalle ab alio latere; iuxta terras Goffredi Conti mediante sicco ab alia parte; iuxta terras luminarie Santi Gerardi que fuerunt quondam archipresbiteri, ca(na)lis mediante cursu Aque Morte ab inferiori parte; iuxta vallonem della Ressa. Item petium unum aliud terre in dicto tenimento in contrata Rivisci, confinatum a superiori parte iuxta terras beneficii d[...].nin Novelli; a superiori parte iuxta terras donni Comini et heredum quondam Ioannelli // (c. 56v) de Madio mediante via qua itur ad Petram Gallam; ab uno videlicet latere iuxta terras ecclesie Sante Trinitatis mediante limite, ab alio latere iuxta terras Antonelli de Tr(i)zeze mediante limite et alios fines ad habendum, tenendum, possidendum vendendum, permutandum, utifruendum quocumque modo ditte ecclesie <sic> et clerici presenti et futuri voluerint alienandum, cum viis suis omnibus ab antiquo spettantibus de dominio eiusdem terris et pertinentiis quovis modo intrandi, exeundi et peragendi in eisdem. Pro qua quidem venditione predittus donnus Nicolaus venditor coram nobis a ditto domino Angelo, emptore et procuratore ac iconomo ditte ecclesie ac nomine et pro parte <ditte ecclesie> manualiter recepit et habuit, nomine ultimi pretii inter eos conventi in

carlenis argenti, sexaginta per unciam usualis regi <sic> pecunie et ponderis generalis, unciam unam pro toto integro et convento pretio et finali pagamento predittarum terrarum, qui predittus venditor preditto emptori nomine quo supra ex certa sua scientia donavit, donationem fattam per ipsum simpliciter et inviolabiliter inter vivos; si quid ditte bone vendidit(e) plus preditto pretio uncie auri unius valuerint vel in futurum valebunt, donationem revocari non possit occasione ingratitudinis vel donationis iubenses vel aliqua alia ratione vel causa et oretur pro anima ditti venditoris, promittens dittus venditor, per se suos heredes et successores, ditto emptore pro se, ecclesie Santi Gerardi, clericis et successoribus suis, presenti et recipienti, ut supra, <litem controversiam vel questionem aliquam> de dittis terris vel part(ibus) earum // (c. 57r) ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel absentire, sed ipsam venditionem et omnia et singula supradicta et infrascripta ratam et rata ac firmam et firma habere perpetuo et tenere et contra ea non facere vel venire, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu cautela per se <et> heredes suos, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, modo, ingenio seu trattatu, sub pena unciarum auri decem, pro medietate silicet ipsius pene curie Sedis apostolice vel curie domini episcopi Potentini vel alteri competenti curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et alia medietate ditte pene ditto donno Angelo emptore, pro se et nomine et pro parte clericorum ditte ecclesie Santi Gerardi et successorum ipsius persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro p[arte] ditte curie et ditto emptore pro se et successoribus suis [.....] stipulantibus penam ipsam; qua soluta vel non soluta

[aut gratio]se remissa, exatta vel non exatta, predicta venditio [.....]In predicta omnia et singula in suo semper robore et efficacia perseverare[nt], cum refettione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra que fierent ex eo q[u]oquomodo. Et renuntiavit super hiis dittus venditor exceptioni doli, vis, doli <sic>, metus, in fattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis reique preditto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum; legi resissorie qua deceptis ultra dimidium iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis, beneficiis, // (c. 57v) canonicis et civilibus, et omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renuntiari non potest, quibus suffragantibus ditta venditio predittaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus attendendis et inviolabiliter observandis quodque preditta omnia vera sint, predittus venditor preditto emptori coram nobis presenti et recipienti corporaliter tatta ad santa Dei evangelia prestitit iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et ditti venditoris preces et prefati emptoris et dittorum clericorum supraditte ecclesie et successorum ipsius cautelam fattum est presens puplicum instrumentum per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrum subscriptorum [te]stium subscriptionibus roboratum.

3

4

Così S per aptum
Così S per Todaro (da docc. coevi)

8

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego notarius predittus [Tomasius] qui
premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque
[meo] [con]sueto signo signavi. (SN) Ego qui supra
iudex G[as]par de [A]prutio Ego Iacobus de Aliduca
testis sum Ego Iacobus de Bono Ioanne testis sum Ego
Antonellus de Roto testis interfui Ego Laurentius de
Gofulo testis sum

10

Così S probabilmente per quatuor

Così S qui, altrove Rossa

Così S presumibilmente per si forte ditte terre vendite

Così S per? iniuste

Così S per propterea

Così S per Populo (dalla nota testium)